Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

exponendo. descendit cum illis in fonte.
et baptizauit eos in nomine patris et filij et
spiritus sancti. induitque uestibus sacre religionis.
Cum autem se cognouissent esse christicolas.
et uirtute accepisse spiritum sancti. ceperunt gau
dere et glorificare dominum ihesum. Conferen
tes autem quedam subsidia. conuocatis pau
peribus apostolis distribuit illis prout cuique
opus erat. instruens et admonens ut per
maneret in gratia dei quam perceperant. Pe
rlustrantes autem peuenimus cipri. ibique
inuenimus zthimonem et aristionem fa
mulos domini. Zthimon autem uexabat mag
nis febribus. Cui cum manus imposuis
set beatus barnabas. et sancti euangelii per
inuocationem domini saluatoris. statim febris
fugata est. ut continuo nos cum gaudio
sequeretur. Credentia autem sororum apostolorum. beatus
barnabas euangelium sancti mathei apostoli fe
rebat secum. et ubicumque inueniebat in
firmos ponebat illud super eos. et continuo
sanabantur. Exeuntes autem inde. inue
nimus uirum nomine eraclium. Quem beatus
paulus apostolus cum sancto barnaba baptizauit
et. et recepto spiritu sancto. eum ordinauit
ad admonendum fideliu. Hic nos cum gau
dio exipiens. hospitalitatem perpetue ex
hibuit. Post hec autem inuenimus quen
dam uirum nomine teodonem. qui uir ethni
cus tam iustum atque benignum. Huic cum
beatus apostolus fidem exposuit. continuo ac
didit in domino. et baptizatus secutus est nos.
His itaque gestis. obuiauit habuimus impium
et malefacum iudeum bariesum. quem olim
beatus paulus lumine priuauit. Hic nam
que cum agnouisset beatum apostolum. malicia
commotus. prohibuit nos ire in pyphum.
Pro inde reuertentes. uenimus in logum
in quo ethnici uiri et femine ludendo nu
di currebant. Hec cum audisset beatus
barnabas. indignatus super tale facinus.
maledixit continuo templum. statimque
pars orientis fundit corruit. magna
que contricio crethmicis facta est. qui
subruina ipsa mortui sunt. ceteri autem
qui euasserunt. fugerunt in templum
appollinis. Itaque nemo miratur quod potuit
barbarus. post a beato apostolo paulo lumi
ne priuatus fuerat uisum recepit. cum
non illum perpetualiter. sed ut conuiueret
ad tempus permisserit dicens. Erit ceca
usque ad tempus. Ergo liquidius con
stat. ut ad preces sergij proconsulis. per
beatum apostolum rursus lumen recepit. post
modum uero sicut ille simon magus a
postatando transgressor fieret. Introeun
tibus nos itaque in salamina. inuenimus
synagogam iudeorum. quam beatus
apostolus excitare cepit. et euangelium sancti
mathei christi gratiam introduceret. Hec cum
perfatus compuisset barbarus. et quia plu
rimi iudeorum recepissent predicationem
sancti apostoli. omnem malitiam iniquitatis
sue ostendens seditione facta contra sanctum
apostolum. prehenderunt eum. et querebant
tradere consulis eiusdem salaminne ciui
tatis. affligentes illum multis suppli
ciis et uariis cruciatibus. deinde cum iam
maceratum et quassatum penis duceret
ad iudicandum. accidit ut deuenieret in
eandem insulam. quidam uir magnus
et potens nomine eusebius. scilicet
pgenie neronis imperatoris. Compi
cientes autem iudei aduentum eius. ueren
tes nimium ne illum eripet de manibus
illorum. ligantes funem in collum eius. noc
turno tempore dilaceratum. ad synago
gam impudorum protraxerunt. deinde
foris portam. post hec autem circumdantes
illum igne crudeliter cremauerunt. sicque